

ta concedantur Religiosis habitantibus in Nollo Orbe & Indorum conuersioni, manu-tentioni, & profectui intendentibus. Nam primo cum per literas Imperatoris Caroli. 5. Religiosi in partes has Indianum fuerint des-tinari ad prædicandam verbum Dei, & ad ins-truendos in fide Neophitos, & manntenendū & confortandum in si le [iuxta præceptum Pō-tificis Alexandri 6.] sint missi perinde est, ac si per Pontificem Summum mitterentur.

¶ Et similiter quia Reges Catholici per suas literas Regias prouident, ut Religiosi li-bere suis vtantur priuilegijs à Pontificibus conceffis: etiam idem est, ac si Pontifex ipse speciales de hoc dirigeret literas. ¶ Eadem ratione cum expresse per R: ges Castelle sicut præceptum, ut Religiosi possint edificare do-mos pro Religiosis ubique fuerit necessa-riū p in structione Neophitorū: ut patet in ex-pressis literis ad triū Ordinum Prouinciales specialiter directis. Sequitur posse Prouincia-les sine aliqua requisita licentia accedere ad loca ubi ipsi iudicauerint expedire, & ibidem posse edificare domum ad habitandum, sicut si per Pontificem esset concessum.